

Johann Sleker Michael Cölln von

**Philosophica Quadriga cum Auriga. Hoc est: Disputatio Generalis Quadripartita.  
De Metaphysicae, Physicae, Ethicae, Logicae Genio Et Ingenio Cui Lucis ergo  
Ducisq[ue] praefigitur, praeficitur Philosophiae Genium & Ingenium**

Rostochii: Richelius, 1616

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729210871>

Druck Freier  Zugang



F. Hecker - M. v. Colln.  
R. U. phil. 1616.



35

PHILOSOPHICA

QUADRIGA cum ALRIGA.

Hoc est:

DISPUTATIO

GENERALIS Quadrupartita.

De

METAPHYSICÆ

PHYSICÆ

ETHICÆ

LOGICÆ

} GENIO ET INGENIO

Cui LUCIS ergò DUCIS q̄  
præfigitur, præficitur

PHILOSOPHIÆ GENIUM & INGENIUM,

quam ad

περθεωρις

θεωρις

ιηθεωρις

περθεωρις

reductam reductam

Spiritu Sancto, Doctore Prasente,

Clarissimo & Excellentissimo viro

DN. M. JOANNE SLEKERO, Physicæ Pro-  
fessore Publico, Ductore Prasidente,

Publicæ disquisitioni ventilandam effero, offero

Michael ven Colln Rostoch.

respondens & autor,

ad d. 20 April. in auditorio Majori

horis à 6. antemeridianis.

ROSTOCHII Typis Hæredum Richelianorum. ANNO

Philosophris, prioris, posteroris, MoralIs, RationalIs, sicuti SVI 10:1

7

PHILIPPUS  
HOC EST  
DISPUTATIO  
GENERALIS  
DE  
METAPHYSICA  
PRINCIPALIS  
SOLUS  
CUM



DE PHILOSOPHIÆ  
GENIO & JNGENIO.  
DEFINITIONIS PHILOSOPHIÆ

ΠΡΟΘΕΣΙΣ.

**V**T ut, hinc inde, PHILOSOPHIÆ Enco-  
mia decoras & comia decoras, à sanis & profanis Authoribus, ejuce  
unicis Fautoribus, ostenta & ostentata certo pugno, certatimè pugna  
compingas constringas, vix vllum tamè illorū, illis, quæ sacer Codex omni ac-  
ceptione, & exceptione majora, sibi vendicavi. et vindicavit, equiparari po-  
test. Sufficiat nobis ex Isa. xxxv. 10. hocce: quod nostras PHILOSOPHIA non  
uno in sacris loco, à Sapiente, à Sapientiore, à Sapientissimo, SAPIENTIA  
indicitur judicetur, & hacce Sapientiâ, soli Sapientes à Sapientiâ Satorè &  
Datore sint donati & dñati juxta Prophetam Dan. 2. 21. & 3. Reg. 4. 29. Regū  
sanè & egregiū bona! quod nomine proprio & proprio DONI ibidè ut Lac. 11.  
17. Ex. 31. 3. 1. Paral. 1. 12 venit veni q̄. Hoc Donū ut charius ducā, deq̄, hāc  
Philosophia clarius dicā, libebit, licebit hāc ejus Originis, Causas, Adjunctorū  
caules, caudasq̄, Effectorum intensus, & impensius profequi & persequi. Quo-  
circa circa PHILOSOPHIÆ tum inquirenda tum acquirenda formam,  
normamq̄, illius Causarum duntaxat Par; Efficientem & Finem, promam  
& ponam. Efficiens causa duplex esto; Prima & secunda.

Prima, DEUS, cuncti fons & origo boni. Secunda: principalis  
est vel minus principalis, illa Homo sapiens, ingeniosus a flatu divino excitus  
principalis vel remota est vel propinqua. Illa, fuerunt Hebræi & Chal-  
dæi. Hæc, Græci, quorum sectæ initio duæ fuerunt: Jonica & Italica.  
Illius asectæ Thales Milesius, Anaximander, Anaxagoras, Socrates & alij  
Inq̄, Socrate nomen hujus sectæ desit. Cujus, Auditores fuerunt inter  
alios Plato, & hujus Xenocrates & Aristoteles qui in Lycæo περιπατητικῆς  
Peripateticæ Doctrinæ naminq̄, vestigia impresit novæ sectæ. Hujus,  
(Italica) auctor perhibetur Pythagoras à quo per successores deducta fuit ad  
Epicurum usq̄, à quo Epicuræ est dicta, hæc, licet sibi quandoq̄, constans  
omnino, tamen rupta & corrupta fuit, ita ut nostro tempore Peripatetica  
tantum vireat, vigeat, vireatq̄. Ab his autoribus quicquid hujus effecti  
est omne ab intellectu humano est: & à luce sentillarum, communium in-  
quam notionum, quibus peccati veneno extinctus, in aliquam humanæ rei  
notitiam

notitiam intellectus resurgit. Minus principalis est vel impulsiva vel instrum-  
 mentalis. Illa triplex est, intrinsecè movens eaq; duplex 1. Indigentia &  
 Necessitas ex imaginis divine perdita sensu, unde πῶσαι τέχνη καὶ παι-  
 δεία τὸ περὸ λέγων βάλει τῆς φύσεως ἀναπληρῶν Arl. 1, 7. post  
 c. ult. 2. Naturalis sciendi appetitus, unde πᾶντες οἱ ἀνθρώποι τῷ εἰδέναι.  
 Φόσει ὀρέγονται Arl. 1. 1. Meta Φ. c. 1. vel extrinsecè movens ut  
 τῷ θαυμάσει Admiratio ex naturæ admirantibus, hinc διὰ τὸ θαυμάζειν  
 οἱ ἀνθρώποι καὶ νῦν καὶ πρώτως ἤρξαντο Φιλοσοφῆσαι Arl. 1. 1. Meta  
 c. 2. Causa instrumentalis cuius ope in absolvendo suo proposito usi suere Philo-  
 sophi, est vel τῆς ἀρχῆς, vel τῆς τέλους. Τῆς ἀρχῆς principij, quæ pure  
 tantum concipit triplex est 1. αἰσθησις 2. ἰσοχρῆσις 3. ἐμπειρία Arl. 2.  
 post c. ult. Τῆς τέλους unica, σοφισμὸς seu ἐπαγωγὴ est, hinc αἰ-  
 πάντα πρὸς ὅσον ἢ διὰ σοφισμὸν ἢ διὰ ἐπαγωγὴν Arl. 1. 2. Prior. c.  
 23. & l. 1. post c. 14.

Finis Philosophiæ duplex Intrinsecus & Extrinsecus Ille, in Philosophia notifica-  
 tur terminatur, hic duplex est vel principalis qui Gloria DEI, vel minus  
 principalis, universalis, vitæ humanæ utilitas, particularis, qui respectu  
 subjecti Quo duplex est Animi humani partis intellectualis τῷ  
 γνωστικῆς καὶ τῷ ὀρεκτικῆς perfectio & informatio quibus ὁμοίως θεῶν  
 καὶ τὸ δυνάει ἀνθρώπων absolvitur.

Hactenus Cause Philosophiæ inquirendæ & constituendæ. Acquirendæ  
 & perdiscendæ præcipuè tres sunt. 1. Natura Græc. ἐν Φύσει quæ Ingeni-  
 um, Iudicium & Memoriam, complectitur 2. Doctrina, quæ igniculos naturæ  
 latentes exscitatur, inq; actū producit. 3. Exercitatio, quæ priora ad perfecti-  
 onem perducit, atque ita Natura incipit, Doctrina dirigit, Exercitatio per-  
 sistit. Hinc Quintilian. Nihil est perfectum, nisi ubi Natura curâ adjuva-  
 tur. Ex his Phis Adjuncta, Affecta, Effecta facile liber liquetq; colligere.  
 Nos potius κατὰ πόδα ad ejus licet secretiora adyta, aditum tamen us-  
 paremus, paucis horarum momentis, sanorum Philosophantium monumen-  
 tis, firmissimis munitis munimentis, servitibus nostræ mentis paremus, &  
 hinc juxta illorum edoctos ductus, fructus Φιλοσοφίας pro re, nata &  
 lata pariemus.

θεσις I.

PHILOSOPHIA amor sapientiæ est.

Εκθεσις

Εκθεσις.

Quoniam πρὸς τὸ ὀρθῶς διδάσκειν δεῖ πρῶτον ἐξελεῖν τὸ ὀνόματι in usu primum intelligendi principium Arl. l. 1. post. r. 4. incumbet & nobis, à Nomine Philosophiæ Thesin hanc auspicari, Philosophiæ vox origine Græca ἀπὸ τῆς Φιλίας καὶ τῆς σοφίας à studio seu amore Sapientiæ rectè derivatur.

Illud enim ipsum studium, quod erat in cognitione veri, & actione boni positum, Hebræis olim Magia, Græcis σοφία hodiè vulgo Phia vocitatur & hinc eius cultores illis Magi, ἱστὶ σοφιο, nunc Philosophi appellantur.

Simplex antiquitus erat nomen, modestiæ Pythagoræ compositum factum est. Cum n. nomen σοφίας justo arrogantius fuisset visum, & homini in hac vita potius venerandum, quam assequendum omnium primus Pythagoras, cum Sapientiæ acquisitionem esse difficilissimam animadverteret, ut & non nisi sub umbra & pallio sapientiæ, gloriæ tantum & questus cupiditate crebrò imperitissimi quique se σοφός jactitarent arrogans & invidiosum illud nomen mutavit, cum magna huius modestiæ laude, (nota res est) ad imitationem sui posteros omnes secum sibi devinxit.

πρὸς Θεοῖς

An rectè rejectâ Sophiæ voce, vox Phia à Pythagora introducta, nunc usurpetur Dist.

θεσις 2.

PHILOSOPHIÆ vox πολύσημος est.

Εκθεσις.

Post nomen videbimus ipsam rem, sed nominis ambiguitate involutam sunt enim qui in habitu Phia solum quaerant, idque vel generaliter vel specialiter, Generaliter 1. abusive pro omni habitu mentis, pro omni doctrinâ & scientiâ, homini non tam innatâ, quam studio & diligentia acquisita, irant præter alias Philosophiæ partes cum reales tum intentionales, & omnes facultates superiores, Theologiam, jurisprudentiam, & Medicinam, adeoque omnes artes Mechanicas complectatur, unde Arles l. 6. Eth. c. 7. Phydium sculptorem, & Polycletem statuarium sapientes appellat apud Lucianum rusticus se ligone Philosophari dixerat & Exod. 31. v. 1, Bezelle eli σοφία καὶ σύνεσις, tribuitur sic Iustino Martyri Theologia appellata est Philosophia, sic Arl. l. 1. Metha. c. 8. Philosophus est is, qui omnia scit. &



scit. & Cic. l. 3. de orat. Cognitio omnium rerum, atq; in ijs exercitatio Phi-  
 losophia nominatur. 2. pro artibus liberalibus vulgo sic dictis, qua  
 ratione Logica aliaq; Philosophia instrumenta partibus ipsis annumerantur  
 à Stoicis. Specialiter 1. pro eâ disciplinâ, quæ de primis principijs agit, atq;  
 ita sola Metaphysica dicitur Prima Phia. Arl. l. 4. Met. c. 2. l. 11. c.  
 3. 2. pro solis disciplinis theoreticis ut Metaph. Phys. & Mathematica  
 accipitur Arl. l. 1. Met. c. 1. l. 6. c. 1. 3. pro solis disciplinis Practicis  
 ut Ethic. Politic. œconom. sic Plato in dialogo de Philosophia. 4. pro  
 omnibus partibus solis Mathematicis exclusis Arl. l. 4. Met. c. 2. *Κοίνας*  
 & proprie pro ijs disciplinis, quæ ad sapientiam humanam primariò & per  
 se pertinent ut Arl. l. 2. Met. c. 1. & 1. Top. c. 2. & hæc propria Philoso-  
 phia acceptio, Aristotelica est, hoc est: vera est. quæ Aristoteles vehementer  
 delectatus est teste Laertio in eius vita, & eatenus Philosophia habitus est  
 sapientia & Prudentia constans, Zabarel. l. 1. de N. L. c. 12 & 13.  
 In hac acceptioe vicissim vel Abstracte sumitur. quando nimirum unita-  
 te præcisionis ab omnibus suis speciebus (separata consi deratur quæ tunc  
 vix fieri potest (cum quod veras species non contineat, tum quia semper est  
 in & cum suis partibus,) vel Concrete, quatenus ut totum, ex omnibus sui-  
 us partibus conflatum, consideratur. Alia superest philosophiæ acceptio, con-  
 suetudini loquentium subnixâ: quàm facilius ferat quis, nisi tamò ardore  
 illam inculcarent novatores; & extra omnem culpâ haberent. Doctrinalem  
 non nulli vocant, in certo videlicet Systemate ex coordinatione preceptorum  
 composito: quod ratione docentis Phiam, signû est at ratione discantis instru-  
 mentum quasi quoddam, & causâ, per quam Philosophiæ habitus acqui-  
 ritur.

*περὶ φιλίας*

An acceptio Philosophiæ habitualiter, propriè &  
 concrete, consideratæ, omnium sit verissima? Aff.

*θεσις 3.*

Philosophia est habitus mentis, scientiæ & prudentiâ  
 in rebus contemplandis & agendis constans ad homi-  
 nem incognitione veri & actione boni perficiendum

*Εξθεσις.*

*Κὺμ ὁ ὄρεσθαι τῆς φιλίας σὶ πρῶτοισι* Arl. l. 2. post. c.  
 3. l. c. Eth.

3. l. Eth. c. 1. Definitio μεγάλων ἐχει ὁρτὴν πρὸς τὰ ἐπίμικρα. tan-  
dem eius Nominali, Realem hanc, qual. in quidem subjungimus cum talis  
Exacta & perfecta ei dencgetur Constat tamē ea data, suo Genere, Subjecto  
& forma, Objecto & sine. Genus Phia sit Habitus, quod probatur hunc in  
modum: 1. Modum essendi sequitur modus cognoscendi & definiendi Art. l. 3.  
Met. c. 1. At Philosophia esse, est inesse alicui determinato subjecto: E. per in-  
herentiam definiendas, more accidentium sueto. Accidens ergo: & quidem  
Qualitas, in classe habituum: nec corporis tamen, sed animi 2. A quo  
Philosophus quā talis, denominatur, per id Philosophia recte definitur.  
At Philosophus denominatur ab habitu, quo est instructus. Ergo In & cum  
Genere simul Subjectum Philosophia connotatur quod est Mens hominis seu  
animus humanus. Forma eius consistit in aggregatione habituum. Sola quip-  
pe Scientia Philosophia integram essentiam non complet, ut pote que-  
quid aggregatum, ex diversarum partium, sub notione una, collectione.  
Obiectum seu materia circa quam sunt res contemplanda & agenda  
quæ hic non indefinita, sed certis rationis limitibus circum scripta, intelli-  
guntur ex lysis Supernaturalibus, Incognoscibilibus, Inutilibus Futilibus,  
& Notissimis, Leviculis & reijculis quibusq. Finit, deniq. Philosophia in intel-  
lectus & voluntatis perfectione consistit, illius quoad cognitorem veri, huius  
quoad actionem boni. Ideo enim fuit inventa Phia, ut ignorantia & labes  
quam miser homo peccati vitio contraxerat, quoad fieri posset expelleretur  
hinc Philosophia non immerito à Cic. l. 3. Tusc. quest. Animi medicina  
mobilatur.

Περί φησις

An Philosophia Genus genuinum sit Systema, do-  
ctrina, aut Disciplina? Neg.

θησις 4.

Philosophia in rebus & mente tantum est, & in hac  
nomen istud meretur tantum.

ἐκθησις

Definitionem Philosophia ex ipi: ejus Subjectum, quod duplex pōnimus:  
1. Occupans alias obiectum dictum, Res sunt Contemplabiles vel agibiles  
2. Inhabens, quod est animus humanus seu mens cuius facultates (ut  
ante dictum) perficiendæ.

Consideratur ergo Philosophia fundamentaliter & materialiter in rebus ipis,  
essentialiter & formaliter in mente, nec in hunc censum veniunt quæ-  
dam sunt systemata, nisi per accidens. DIVI

# DIVISIONIS PHILOSOPHIÆ

ΠΡΟΟΕΙΣ,

**E**T hic nihilocius PHILOSOPHIÆ Divisionis (prout ante satius ejusdem Definitionis, ex sacrarum literarum Pandectis eruimus) extruimus fundamenta & stamina, immotis Sapiens Sapiens fixa & nixa notis, cap. 7. vers. 17. & seqq. hisce notatis: Ipse mihi dedit eorum quæ sunt scientiam veram, ut sciam dispositionem orbis terrarum & virtutes Elementorum. Initium & consummationem & medietatem temporum, vicissitudinum permutationes, & mutationem omnium. Morum mutationes & divisiones temporum, anni cursus & stellarum dispositiones. Naturas animalium, & iras bestiarum vim ventorum & cogitationes hominum &c. Ecce hic rite, & scite, indicio & judicio Sacra scriptura Philosophia partes THEORETICA & PRACTICA, conduntur condunturq; Etenim Scientia illa, eorum quæ sunt, quid aliud quam METAPHYSICA? Scientia Orbis & Elementorum, quid aliud quam PHYSICA? cognitio temporum & mutationis omnium. &c. Quid aliud quam MATHEMATICÆ arboris rami sani? Astronomia & Astrologia? Deniq; cognitio cogitationum hominum, quid aliud quam ETHICA? Quæ PHILOSOPHIÆ partes nunc plenius & planius, erunt ponenda, exponenda.

θίς Ι.

Philosophia alia est Theoretica, alia Practica.

Εξ θ σίς.

Aliorum aliorum relatis & relegatis Philosophiæ divisionibus, nostram probatam damus: 1. à sine Philosophiæ duplici: Cognitione rei, & Actione in re. Quin & res ipse Philosopho ejus modi sunt quæ duplici habitu generi non sulcra tantum præsent, sed aliter etiam Intellectui se non offerant, quem pro duplici isto sine. Quod alij dixerunt, divisionem Philosophiæ originaliter esse ab objectis: formaliter à finibus: completè ab utrisq;.

Theoretica Philosophiæ pars definitur, quæ in rebus non necessarijs per se cognitionis gratia est occupata, quatenus est cognitio. Practica vero, quæ homo in rebus agibilibus informatur, ut recte & bene agendo acquirat & possideat

possideat summum bonum. Divisio hæc legitima est, cum membra eïus cum toto consentiant, inter se vero dissentiant objectu, subiectu, finibus & effectibus. Theoretica enim circa res necessarias & immutabiles. Practica circa contingentes & mutabiles versatur. Illa, inest nobis respectu intellectus in vero. Hæc, respectu voluntatis in bono. Illa, τὴν γνώσιν, hæc τὸ ἔργον ἡμῶν hominis informat. Illa, finem cognitionem rei, hæc actionem in re respicit. Illa, circa cognitionem sine opere perfectam, hæc, circa talem quæ opere perficitur, occupatur. Illa, summū bonū theoreticum hæc, illud Practicum ambit.

περὶ θεοῦ

1. An Philosophia Theoretica, nobilior Practicâ? Aff.
2. An Philosophiæ divisio Platonico - Ramistica in Propædiam & padiam sit vera & legitima? Neg.

θεοῦ 2.

Philosophiæ Theoreticæ partes sunt Metaphysica, Physica & Mathematica.

ἐκ θεοῦ.

Hæc enim generaliter Totæ Philosophiæ divisa est: nunc ejus Unim Partis Theoreticæ, partes subdivisa sistuntur, pro triplici RERUM quæcognoscuntur, eorūdemq; modorum cognoscendi, discrimine. Etenim RES. on: contemplationi subjectæ, triplicem tantum modo hanc sortiuntur diversitatem, ita ut sint vel extra materiam, vel in ea. Extra materiam quæ sunt, ut ὄντα ἢ ὀντα sive ἀπλῶς ὄντα Metaphysicæ considerationi sunt, Res in materia existentes, bifariam se habent, vel enim 1. materia penitus inberent, ut nec re, nec cogitatione ab ea separari possunt, quæ ἐκ περὶ θεοῦ ὄντα sunt, & substantiæ corporeæ, unâ cum suis affectionibus & proprietatibus, quas Physica pertractat Art. l. 2. Meta. c. 1. vel 2. existunt quidem in materia, sine tamen ipsa fieri & defini possunt: quales ἐξ ἀφαιρέσεως ὄντα, quæ neq; ἀπλῶς ὄντα neq; ea, quæ ἐκ περὶ θεοῦ ὄντα subjecti intelliguntur, considerat, sed abstractas à substantia species, quæ revera ita non subsistunt, seorsim inveniunt, & scrutatur, si Quantitates quæ Mathematicam constituunt. De hæc aliq; aliâ. De priorum duarum ἀπὸ τῆς ΜΕΤΑΦΥΣΙΚÆ & PHYSICÆ ΝΑΤΥΡΑ post ulterius & uberius.

θεοῦ 3.

Philosophiæ Practicæ partes sunt: Ethica & Politica

B

ἐκ θεοῦ

Εἰσεγ.

Tria alia Philosophiæ practice divisio est: in Ethicam, Politicam, & Oeconomicam, quæ nec à nobis est propria. Interim bipartitam hanc confirmamus & conformamus 1. à Subjeto. Subjicitur enim homo Practicæ disciplinæ, vel absolute vel relate pro ut Ζῷον est politicum seu animal sociabile. Priori modo Ethica seu generalis pars, posteriori, Politicæ: pars specialis eum considerat. 2. Ex scopo duplici Prudentiæ. Illa enim vel hominem simpliciter vult reddere bonum & felicem, vel quatenus in certa vivit societate, id quod non obscure innuit Arh. quando lib. 6. Ethicæ 8. Prudentiam facit aliam κοινὴν communem, aliam καὶ ἕκαστα singularem seu propriam. Illa præcepta tradit communia de virtutibus ad h.andum hominem, hæc verò ex communi illa, omnem honestatis actionem, omnemq; legum constituendarum cognitionem in societatibus civilibus & domesticis desumit.

Θεωρ.

Philosophiæ partes non sunt Logica, Grammatica, Rhetorica, ut nec artes Mechanicæ.

Εξθ. σ 16.

Hactenus de Philosophiæ disciplinis realibus Theoreticis & Practicis, partibus principalibus, nunc paulum de ejusdem Intentionalibus, notionali- bus & Instrumentalibus, quas è numero partium Philosophiæ germanarum auferimus, justis sibi & nisi rationibus. Et quidem primò Logicam Philosophiæ partem non esse, convincitur inde: Quod 1. non agat de Ente reali, ejusq; cognitione perse 2. non habeat finem veritatem per & propter se. 3. nec simul ejus pars & instrumentum esse queat. Deinde nec Rhetorica ejus pars est, quia instrumentum est in rebus agendis, cujus facultate in bene dicendo consistente, voluntas hominis ad aliquid vel suscipiendum vel omittendum impellitur. Arh. l. 1. Rhet. c. 1. & 2. 2ib. l. 2. de N. L. c. 13. 14. 15. Nec Mechanicæ artes, partes Philosophiæ sunt agnoscenda quippe quod libero & ingenuo homine indignæ, nec tam in animi, quam corporis conformatione occupatæ, utilitatem potius quam honestatem sectentur. Interim illæ, ut fructus ex Philosophiâ genitus, esse non desinunt vide Cl. Philosophum VVittenberg. lib. 1. Metæ. Exerc. 1. theor. 5. p. 18.

DE

# DE METAPHYSICÆ

GENIO & INGENIO.

## Definitionis & Divisionis Metaphysicæ

ΠΡΟΟΕΣΙΣ.

**E**xperientiâ Philosophiæ matre, & Veritate temporis filiâ, eductus & edoctus, sublimis ille subtilis aetæ vir, Iul. Scalger, ut gnarissimè ita gravissimè pronuntiat Ex. 6. s. 12. Perquàm Paucos bonos esse Metaphysicos. Etenim, si agrum Metaphysicum decempedâ fœcilis & gracili emensus fueris, tibi ambitu fuerit capacissimus: spinis spicisq; saluissimus, Difficilissimè segete feracissimus, utpote cuius fructum possessionis non humana, sed divinæ esse affirmavit Ar. in prefat. operis Metaph. c. 2. Verum enim verò quod illacius Difficultas non arguat illius Impossibilitatem, Idem iterum uerat, Ex. 160. s. 1. studio & magnanimitate regnum parandum esse literarum, Difficultati contriâ eponitur Metaphysicæ Necessaria Utilitas & Utilis Necessitas, Digna Nobilitas & Nobile Dignitas.

At nos òs in προοίσιον, διὰ Ἐργασίαν, alius filium & velum huius Προόησεως intendimus, possimumq; contendimus ad Metaphysicæ Originem seu Inventionem, Dignitatem, Locum & Habitudoinem ad reliquas Philosophiæ partes. Hæc enim magna & a dua esse, & inquisitionem desiderare, de quibus quaerendum & in disciplinis (nos hic ante disciplinam) tractandum monuit Ar. l. 1. Top. c. 9. confessum & concessum habemus, Inventio seu Origo METAPHYSICÆ duplex esse. Vna, quæ in modo, altera quæ in Necessitate sit constituta, Inveniendi modus iuxta Ar. l. 1. Metaphysic. c. 1. & 2. describitur. Quod Metaphysicæ sit inventa 1. post disciplinas operatrices.

Illorum enim quæ circiter annos, habenda erat ratio prior, nec aliter licebat per vitæ huius, & illorum in quibus occupatur Metaphysicæ conditiones. 2. In otio, quod vnicæ sapientiæ genitrix, est, quo abducto à factionibus animo, veritati studetur, quos sapientes vel propiores agitantur. Scal. Ex. 6. 12. 3. Inventa est ultimo, idq; tum rerum tum cognitionis ratione Res illæ erant nulli omnino materiæ abstractæ, pure nimirum puræq; essentiæ & quidditati. Cognitio illa erat Universalium à sensibus remotiorum, cognitio difficultiorum, Inveniendi Necessitas à Javel, in prefat. traditur triplex. 1.

ab intel

ab intellectu nostro, qui nihil sibi illud respuit. 2. Ab objecto scientiæ a-  
liquis constituenda idoneo. 3. a necessitate reliquarum disciplinarum, qua  
regimine metaphysico & primis principijs carere non possunt. Dignitas ME-  
TAPHYSICÆ ex materia subiectæ dignitate, universalitate demonstra-  
tionis certitudine, & utilitate, quam ex parte videbis apud Fonsicam in  
prolegom. Metaph. c. 7 apud Aristot. in libr. Metaph. passim. Locus In-  
ventionis qui iam positus, Metaphysicæ ultimus concessus. Doctrina rati-  
one locus debetur illi primus, quia simplex et pura eius, non mixta scientiæ,  
hinc Imperatrix est, & aliam supra se non habet.

Nunc eandem pedatò hierarchice Naturam & Indolem investigan-  
dam aggredimur, quam maxime sua Definitione, Subiecto, Divisione, suis  
certis Theſibus, Etſeſibus, Proſtheſibus insertis, determinatam, proponamus  
propinamus.

### DEORS I.

Metaphysica est disciplina super- seu post-naturalis.

#### EXERCIT.

A nominibus aſſicandum esse, monet Aristoteles Romanus, Scal. Ex.  
359. f. 1. quippe quod illorum definitio, non tantum faciat multum ad rei  
illustrationem, sed sepe ad eiusdem perceptionem, atque eodem Exere-  
c. f. 1. Eadem hic circa Metaphysicam est, ineunda ratio. Metaphysicæ sonat  
idem quod μετὰ τὰ φυσικά vox μετὰ vero explicatur dupliciter  
Super & Post, Prior notatio, vel ab objecti ratione est data, quod nobi-  
litate vincat alias scientias, vel ex modo cognoscendi nata, utpote quod  
summaeius difficultas. Posterior desumpta ex modo inveniendi & acqui-  
rendi, quia post Physicam est inventa, & tunc primum capie à Philosophiâ  
naturali distingui, cum inventa sint substantiæ corporis expertes, atq; ab  
eis, & à corporeis abstrahi potest communis ratio Entis, & substantiæ.  
Varia Metaphysica sortita est nomina; Absolutè κατὰ τὴν φιλοσοφίαν Philosophiâ  
insignitur Arl. 4. Meta. c. 1. Philosophiâ primâ l. 4. Met. t. 4.  
Sapientiâ l. 1. Met c. 2. ob omnia Sapientiæ requisita huic versic. insita  
& indita. Doctrin, certa sui causa ardua & omnia, princeps.

Qua docet hæc σοφίας Ars sibi nomen habet.

Prudentia comparate, analogicè ut enim in practicis expeſitur Pruden-  
tia sic in Theoreticis Sapientiâ. Theologia κατὰ τὴν θεολογίαν Deus enim qua  
scimus

venus lumine naturali cognoscibilis, nobilissima theoria Metaphysica parset  
κρυφα πιντων κη μνη 1. post. c. 9 sola εγνεφαιδος, matera ακε-  
Φασι Art. l. 6. Eth. Nic 7.

περθεως

1. An detur Metaphysica? Aff.
2. An Metaphysica & Logica differant? Aff.
3. An Metaphysica Scientiarum Theoreticarum sic nobilissima? Aff.
4. An Metaphysica, disciplinae reliquae subalternentur? Neg.

θεσις 2.

Metaphysica est Sapientia, quae contemplatur Ens quatenus Ens, & quae huic immediatè, & per se, insunt.

Exθεσις.

Definitionis dicitur Ratio & Probatio, est Philosophorum Semidei l. 1. Met. c. 2. l. 4. c. 2. Constructa est ex suo genere, & forma, subjecto objecto & sine contextu. Generi vicem obtinet Sapientia juxta Art. l. 1, Met. c. 2. quippe quod omnes Sapientiae Conditiones ibidem ab ipso connumeratae ei exactè convenient, quarum 1. versari circa omnia, eaq; 2. difficilima & à sensibus remotissima 3. cum magna cognitionis certitudine & 4. docendi evidentia, propter principia prima, & universalissimos terminos, ad quos omnia revocat, & ex quibus omnia deducit 5. esse dignam quae propter se sciendiq; causa appetitur 6. cui volupe alijs potius praesse, prodesse, quam subesse. Est ergo Metaphysica Sapientia quae Verumq; habitum verum & επιστημων conjungit, principiaq; simul & conclusiones respicit, quod quoq; proprium Sapientiae esse docet Art. l. 6. Ethic. c. 7. Forma seu Differentia specifica hic se offert quadruplex. 1. ab objecto proprio & adequato, quod est Ens quatenus Ens, id est, non specificativè, cum restrictione ad certam Entis speciem, sicut Physicum Ens ad motum, Mathematicum ad quantitatem abstractum restringit, sed Ens reduplicativè sumptum, id est, in quantum formali ratio Entis reduplicatur, & in se quasi redit, resiliq;, quam nuda & pura rei Entis omnibus

Pij

omnino



omnino materia respectibus exempta, abstractè & formaliter consideratur.  
 II. Different. est à subjecto annexo, quod comprehendit principia & affectiones, illa hæc varia sunt: Rei & cognitionis. Complexa vel incomplexa &c. omnia & singula Entis quia Entis materiam per affectiones quas demonstrat, declarantia. Affectionum itidem hic magnus numerus est, ad specialem diæξοδον revocatus III. Different. à Subjecti restrictione, quod consideratur hic Ens perse, seu reale qua voce excluditur Ens latissime sumtum, pro intelligibili quod Ens & Non Ens, realia & intentionalia subincludit, & tum hinc illud salum convincitur, quod nimis strictè hoc Ens, vel ad solum Deum & Entia divina, vel ad Substantias tantum, restringi debeat. VI. Different. à Fine desumpta duplici; Comuni, in cognitione & speculatione. Proprio, in contemplatione Entis, in Entitate & affectionibus suis consideratis.

περὶ τῆς

1. An Metaphysicæ genus possit esse Scientia? Dist.

2. An Metaphysicæ genus sit Ars? Neg.

θεοῦ 3.

Subjectum Metaphysicæ est Ens quæ Ens, & quæ ei immediatè insunt.

ἐκθ. τ. 15

Subjectum aliàs ἀντικείμενον γένος ὄντων κινουμένων Art. I. 1. post. c. 7.  
 8. Subjectum adæquatum, quod non Inhabitionis, non predicationis, sed Considerationis, seu Tractationis hic ponitur. De hoc Metaphysicæ subjecto five Objecto. opiniones sunt, vel Extreme vel Mediæ, Extreme, peccantes, tum circa Objecti materialis, rem consideratam, & formale, modum considerandi: sunt vel ἐν ἰδιότητι, vel ἐν ὑπερβολῇ Ἐν ἰδιότητι peccantes qui 1. solum Deum Objectum Metaphysicæ faciunt. 2. solam substantiam separatam Deum & intelligentias includentem, illud afferunt. 3. substantiam ἁγιωτάτην communiter, & universaliter acceptam idem arbitrantur. 4. Ens finitum, seu predicamentale illud opinantur. Ἐν ὑπερβολῇ erratur, quando omne intentionale Ens, putatur Metaphysicæ esse considerationis, circa formale peccant, qui Ens per Accidens, ad Metaphysicum referant.

Regia & egregia sententia hæc Media est, quam supra positam, ab Arist. l. 4. Met. c. 2. & l. 6. c. 1. mutuavimus. Quare proprium  
 & 26

Et adaequatum Metaphysicæ subjectum est, illud, cui omnia veri subjecti  
et Accidens verè competunt, quale est Ens per se reale, affectiones de se  
prebens scientificè demonstrabiles, quodq; principia affectiones, speciesq;  
illius scientiæ, complexu suo adaequate fovet, ita quidem, ut scientiam ab  
alijs scientijs distinguat, sua propria non amittat, peregrina & aliena  
non admitat, omnia ex sese premet, omnia ad se revocet, adeoq; in tan-  
to rerum & demonstrationum cumulo, Unitatem scientiæ largiatur. Cl. Dn.  
Præses, Exerc. Philos. differ. 2. thes. 4.

πρόθεσις.

1. An Ens per Accidens germanum Metaphysicæ  
subjectum? Neg.

2. An Ens Rationis ejus verum subjectum? Neg.

θεσις. 4.

Metaphysicæ partes duæ sunt: Generalis & specialis.

ἐπιθεσις.

De Definito, Definitione, & subjecto Metaphys. hætenus, nunc hoc  
est, & illud, excipit Divisio. Cujus data, rata Ratio, consistit in va-  
riatione subjecti Metaphysici, hoc modo: Quotuplex est variatio subjecti  
Metaphysici, peculiari considerandi ratione discreta, tot eju-  
dem erunt partes: à subjecto enim ut scientiæ aliqua unitatem obtinet, ita ex  
hac unitate, partium sunt diversitas. Atqui in Metaphysica duplex datur  
subjecti variatio, vel enim spectatur illud in generali quadam ratione, qua  
genus indefinite & indeterminate Entitatem rei includit, nullo habito re-  
spectu ad Entis speciem, vel consideratur eadem Entitas, determinata,  
ad certam Entis speciem, vel substantiam vel Accidens. Et totu-  
plex erit ejus pars Generalis prima, quæ de illis agit, quæ Ens quæ Ens,  
consideratum cum affectionibus, in generali hac ratione id consequentibus  
respicit, communisq; ei est pars. Altera specialis, quæ idem Ens quæ Ens  
ad speciem restrictum certas, in affectionibus restrictis, perpendit. Illa  
versatur circa Ens, ejusq; modos seu affectiones tam Unitas, ut Unum  
verum, bonum &c. vel disjunctivas, ut omne Ens est actus, vel potentia,  
causa aut causatum, necessarium vel contingens &c. Hæc circa Entis  
speciem, prout Analogicè immediatè, in substantiam & Accidens dissectitur,  
donec ad ultimas species in una quaq; Categoria perveniatur.

DE PHYSICÆ GENIO ET INGENIO.

Definitionis & Divisionis Physicæ.

ΠΡΟΘΕΣΙΣ.

Nihil

**N**ihil scilicet Philosopho, quam materiam confundere, inquit Subtilis-  
 mus Scaliger *lib. 76. f. 2.* cuius vitij, ne & nos peragamur rei, ej hęc  
 serviemus *v. c.* PHILOSOPHIÆ NATURALIS naturalem indolem quod  
 tantum modo servet. Quod opiate & aptate ut procedat, habendam prius du-  
 cimus esse hinc in *ΠΕΡΦΑΝΕΙ*, rationis, Habitudinis PHYSICÆ ad reliquas Phō-  
 losophia partes, respectu inventionis, ordinis doctrina, præstantia & digni-  
 tatis. I. Inventionem PHYSICÆ non nisi ope & opera abstractionis rescisc  
 & perfici necessum erat, ita ut primo remota materia sensibili, singulari,  
 & abstracta materia Universalis, sensibilis tamen adhuc scientia consti-  
 retur, quæ de materia sensibili esset, & PHYSICAVOCARETUR. Hinc PHYSICA  
 scientijs reliqua speculativis prior est, primo scilicet abstractionis genere ad  
 materia singulari sensibili inventa, sed Practicus posterior est, quia intelle-  
 ctus speculativi correctionem concernebat. II. Doctrina seu cognitionis  
 ordine, PHYSICA posterior est Mathematica, quæ, diu ante reliquas di-  
 sciplinas proponebatur. Prior tamen est Ethicæ ob experientiam certio-  
 rem, & Metaphysicæ, disciplinarum cæterarum Acropoli. Dignitas PHYSICÆ ex  
 objecti nobilitate, & demonstrationis Certitudine videre erit. Objecti ratione  
 præstantior est scientijs Mathematicis & Practicis omnibus, Illis, quia PHY-  
 SICA substantiam tractat ut præstantiorem accidentibus, quæ in Mathemati-  
 cis. His, quia ad felicitatem contemplativam practica nobiliorem *Art. 10.*  
*Eth. 6. 7. 8.* tendit, & hominis quam maxime propria. Dignitate ta-  
 men Objecti posterior PHYSICA, METAPHYSICA est. Demonstra-  
 tionis certitudine excellentior PHYSICA est disciplinis Practicis, &  
 Metaphysica, Mathematicis tamen cedit, quæ maximam habent *æx* *æ* *Bo-*  
*logiæ* & materia sensibili, motus, varietatu, & incertitudinis causa ca-  
 rent. Ceterum, ceteris posthabitis, hinc non inconvenienter istud Zabarella;  
 quod vestibulo suæ PHYSICÆ insigi placuit in mentem nobis revocemus, quod  
 ita habet: Quisquis in naturalium consideratione fructuose versaturus,  
 debet ante omnia ipsius Naturalis Disciplinæ Naturam & Conditionem co-  
 gnoscere præterea & Divisionem in partes. Hoc ejus dictum, & nobis jam  
 tale quid cogitantibus, conantibus, esto dictum, ut nostro obsequio, hinc mo-  
 rem, horumq; geramus, feramus, exequio.

ΘΕΩΡΩ 1.

Physica est disciplina Naturalis.

ἐπιθεσις

Cum

Cum sine nominis explicatione velle rem cognoscere, nihil aliud sit, quam tempus velle perdere, dicente Galeno l. 1. de Meth. c. 2. nec illa, à nobis intacta abibit. PHYSICA ergò dicta, & ducta est, ἀπὸ τῆς φύσεως, quod ἀπὸ τῆς φύσεως, à gignendo seu producendo ut ira τὸ φύσιν, nihil sit aliud, quam generandi vim & naturam in se habens, ad naturam pertinens, seu natura conveniens. Quæ voce, Scientia hæc, à Supernaturalibus distinguitur. Sed, cum nec Appellationes disciplinæ prætereunda, monente Arl. l. 1. post, c. 3. insigniores Physicæ appellationes damo hæc, ut quod Arl. l. 6. Metaph. c. 1. Philosophia Secunda, Ciceroni l. 2. de divinis. Physiologia & natura cognitio. l. 3. & de Finibus Natura Explicatio, indigitetur. Ambiguitas errori vicina, hic evolvenda. Physicæ vox, vel latè vel stricte accipitur. Latè, præter scientiam naturalis corporis, simul & Metaphysicam & Mathematicam comprehendit, ita ut omnes scientias speculativas includat, & hinc sit, quod Philosophia, in Physicam, Ethicam & Logicam, apud veteres divisa sit. Stricte, & proprie, de scientiâ contemplativâ eâ, quæ corporum naturalium principia & affectiones indagat.

θεοσις

An cognitio Physicæ ad animæ quoq; humanæ cognitionem se exten dat? Dist.

θεοσις 2.

Physica est scientia, corporis naturalis, quâ talis.

θεοσις.

Ut in omni definitione legitima, conceptus duplex requiritur, Convenientia scil. & Differentia: ita & in hac idem conspicitur. I. Conceptus Convenientiæ, qui Generis nomine venit, Physicæ statuitur Scientia, quia aliàs ad nullum habituum ab Arle. l. 6 Eth. c. 3. recensitorum, nisi ad Scientiam referri poterit. Deinde, quia octo etiam conditiones Scientiæ, Physicæ recte competunt. Physica propriè scientia erit.

II. Conceptus Differentiæ, Forma locum supplet, quæ hic ex subjecto desumitur, quod est corpus naturale. Etenim, cum in omni subjecto duo dentur, Materiale & formale, quorum illud, com mune est scientiæ cum alijs scientijs, hoc vero proprium: In subjecto etiam hocce, duo illa occurrunt. Materiale seu Res considerata, est corpus naturale. Formale, seu modus considerandi, est restrictio illa, quatenus tale; quatenus nimirum naturam, seu principium motus in se habet, ut ait Zab. lib. de constit. Physic. c. 2.

C

θεοσις

Subiectum Physicæ, est corpus naturale, quatenus naturale.

ἐπεὶ.

Neglectum hîc volumus subiectum Inhesionis, operationis, ut & prædicationis, & subiectum demonstrationis proprie dictum, volumus intellectum, quale lib. 1. post. Analyt. & à Zab. l. 1. de N. l. c. 15. describitur Tale videlicet subiectum Physicæ subiectum volumus, de quo affectiones Physicæ proprie demonstrantur, per principia quadam cerea. Esse autem corpus naturale, quatenus tale, nativum Physicæ subiectum, stabiliri potest conditionibus veri subiecti scientifici, quas collectas videris à Zabarel. lib. de trib. præc. c. 2. & Physicæ accommodatas lib. de const. Nat. scient. c. 2. Præterea & sic concludimus, & hoc obtrudimus: Quod scientiam à scientia distinguit, proprium ejus est subiectum, corpus vero Naturale quod tale, distinguit Physicam, à reliquis scientijs, E. Minor patet, quia Mathematica occupata est in consideratione accidentium, non substantiæ, multominus corporis naturalis. Metaphysica non corpus, sed omne Ens considerat. Practicæ vero disciplinæ, circa hominem virtute informandus occupantur.

περὶ τούτων.

1. An Ens mobile, corpus mobile, Ens naturale, substantia naturalis, verum & proprium Physicæ subiectum? Neg.
2. An res generabiles & corruptibiles ejus subiectum? Neg.

§. III 4.

Physicæ pars duplex: Communis & Propria.

ἐπεὶ.

Definitionis & divisionis statuitur idem fundamentum, illa quia ex subiecto positissimum erat structa, hæc itidem ex eodem constructur. Partitio videtur legitima, ex subiecti exacta cognitione. Etenim; quæ cunctæ disciplina primò generalia subiecti considerat, & deinde specialia, illa jure in duas partes, hoc modo distribuitur.

At Physicæ ita considerat suum subiectum. E. Minoris veritas inde elucescit, quod corpora naturalia non debent juxta proprias affectiones tantum considerari, sed etiam juxta communia πᾶσιν, alioquin.

alioquin scientia naturalis esset imperfecta. Cum autem communes affectiones generis, non sint tribuendæ ipsi speciebus ut docet Phil. 1. post Analyt. c. 5. utiq; corpori naturali in genere sumpto, ea attribuenda erant, quæ tamen singulis speciebus competunt, sed ἐπιμέσως καὶ ἐπιμέσως. Rursus imperfecta fuisset illa cognitio universalis, absq; cognitione specierum, quocirca utraq; acceptio fuit necessaria. Pars communis seu generalis ea est, quæ de corpore naturali secundum communem rationem spectato, prout genus quoddam est latissime patens: ejusq; principijs & affectionibus agit. Pars propria est, quæ de eodem corpore, secundum proprias singularum specierum rationes pertractat. Hæc in se considerata, secundum corporum diversitatem diversimode subdividitur.

## DE ETHICÆ Genio & Ingenio. Definitionis & Divisionis ETHICÆ

ΠΡΟΘΕΣΙΣ.

**U**T vetustissime, ita omnium venustissime, Iulia Suada, nobis Philosophiæ Practicæ, nobilitatem persuadet l. 5. Tusc. quæst. dum illam salutarè malit: Morum normam, virtutum magistratam, vitæ gnomonem, actionum regulam, quæ urbes peperit, dissipatos homines in societatem vitæ convocavit, demum alijs eos primò, deinde conjugijs, tum literarum & veterum communione iunxit. Hanc Philosophiam practicam aliquatenus consideraturi, hic, præloquij loco, prænotata volumus, ejusce Accidentia: Qualia demum sunt: I. Origo, seu Inventio, quæ, respectu Autorum, eadem, cum tota Philosophia, ut ita non tam Ethicis, in solidum tribuenda, quæ sanctis Patriarchis. II. Ordo ejus, qui duplex Respectivus, quoad disciplinas reliquas. Absolutus, quoad partes hujus Philosophiæ tantum. Respectivi ordinis respectu, Ratione inventionis, Philosophia Practicæ, Theoreticæ prior fuit, cum appetitus succurrat, & ejus defectum tollat. Ratione doctrinæ, posterior est. 1. propter cognitionem, quia Theoreticæ Practicæ inseruit, non contra Arist. in fine l. 1. Eth. Nic. 2. experientiam, quæ in practico difficilior, minusq; certa, propter morum dissimilitudinem. Absolutus ejus Ordo, inter se spectatur, ubi primò loco de Ethicæ, parte communi agendum, cui subjungenda propria. III. Dignitas, quæ inferior est demonstrationis ratione Metaphysicæ, Physicæ, & disciplinæ Mathematicæ, Objecti ratione quoq; illa & ista inferior, his autem superior merito habetur. IV. usus ejus generalis, & communis omnibus disciplinis, in

C 3

mutua,

virtutū, doctrinā & morum excolatione positus: specialis in Theologia, surd  
prudētia, & Medicinā inq; universā humana vita conspicuē conficitur.  
Hujus Philosophiæ Practicæ, jam non totius, sed ejus partis cujusdam,  
ETHICÆ dictæ instruere anatonem erit animus: cujus summopere mem-  
bra capitalia, Definitionem & Divisionem ponemus, exponemus, appo-  
nemus.

Θεσις 1.

Ethica, disciplina Moralis est.

Εκθεσις.

Ethica vox deducitur, vel ἀπὸ τῆς ἠθικῆς, à more, vel assuetudine,  
quod videlicet virtutes maxime assuetudine comparentur, Art. l. 2. Eth. c. 1.  
vel ἀπὸ τῶν ἠθῶν à moribus, qua voce non consuetudinem, sed ipsas  
hominis actiones liberas notari dicunt, ut ita hæc Etymologia innuat Ob-  
jectum Ethicæ, quod sunt mores vel honestæ actiones, circa quæ hæc di-  
sciplina occupata est. Dicitur aliàs Philosophia moralis, & ἠθικὴ.  
Art. l. 1. Eth. c. 2. seu civilis, à generali sine, quatenus præcepta ejus ad  
bonum civitatis, vel felicitatem civilem, non parum conduunt. Nomen  
quoq; Philosophiæ simpliciter ei tribuitur, quo modo Seneca inquit Epist. 89  
Philosophiam, à quibusdam studium virtutis fuisse definitam. Cæteram  
vox Ethicæ accipitur, vel generaliter, vel specialiter. Generaliter & latè  
pro tota Philosophiæ Practicæ, quæ hominem informat, ut beatitudinis ca-  
pacem, ut civem, ut Oeconomum. Specialim & propriè pro sola doctrinæ  
virtutum, ad beatam vitam ducente, lucente.

Θεσις 2.

Ethica est prudentia, liberas actiones hominis diri-  
gendi, & animum per virtutes informandi, ad felicita-  
tem in hac vita, consequendam.

Εκθεσις.

Constat hæc Definitio, suo Genere, Forma, objecto & subjecto defini-  
ta. Genus, Prudentia est. Quia enim Ethica, absolute considerata,  
Species habituum διανοητικῶν est, ex eorum numero, genus etiam erit in-  
quirendum: ubi nullum accuratius occurreret, quàm Prudentia, id quod ulterius  
demonstratur. 1. à remotione aliorum habituum, Ethica enim cum sit  
habitus principalis, erit vel theoreticus, vel Practicus, ille esse nequit. 1.  
propter subjectum. 2. objectum 3. demonstrationum defectum, 4. finem,  
Habitus quare est Practicus. Quod si talis, Ars erit vel Prudentia, Non  
prius

prius ut constabit E. posterius. II. à definitione Prudentia, que habetur cum ratione activus, circa ea, que bona sunt vel mala Art. 1. 6. Eth. c. 5. At verè hoc ipsum de Ethica rectè predicatur, versatur enim circa bona que suadet, & mala, que dissuadet, Informat rationem ut honesta agat, inhonesta fugiat. Videatur Cl. D. Meisn. quest. 2. de Ethic.

Forma petitur tum ab objecto, quod sunt actiones liberae, & deliberatae, prout illa honesta sunt, & vitam absolute bonam efficiunt, tum à subjecto duplici, Inhabitionis & operationis, illud, animus. hoc, Homo est, tum Fine, partim interno, qui est informare per virtutes, partim externo, qui est felicitatem civilem consequi, seu bene beateq; agere.

περὶ ἠθικῶν.

1. An Ethicæ genus sit, moralis Philosophiæ generalis pars? Dist.

1. An ejus genus sit Ars? Neg.

3. An ejus genus sit scientia? Neg.

ἠθικῶν 3.

Ethicæ subjectum est Homo, quatenus beabilis.

ἠθικῶν

Perversa hic opinionum diversitas, & diversa circa Ethicæ subjectum perversitas. Nobis de subjecto inhabitionis, & operationis, sermo est. Illud duplex esse dicimus, subjectum ut Quod, seu mediatum, quod est ipse Homo, vel potius melior illius pars, nempe animus. Subjectum ut Quo seu immediatum, est intellectus hominis cognoscens & appetens, cui (veluti subjecto perfectionis) Ethica inest, illamq; perficit, ne immoderate appetat, sed bonum eligat, & malum negligat. Subjectum operationis consideratur, vel materialiter vel formaliter, materiale vicissim est ipse Homo, quo sensu subjectum Operationis & Inhabitionis non differunt. Subjecto operationis formaliter considerato limitatio adjungitur, quod homo sit beabilis, seu quatenus beandus est, vel prout summi boni Practici, compos fieri debet, Ed enim omnia precepta Ethica diriguntur, ut virtus acquiratur, & homo moraliter beatus fiat.

περὶ ἠθικῶν

1. An summum bonum proprium Ethicæ subjectum?

2. An Actiones humanæ ejus subjectum? Neg. (Neg.)

3. An virtus ejus subjectum? Neg.

ἠθικῶν 4.

C 3

Ethica



Ethicæ partes sunt, *Ευδαιμονολογία & Αρετολογία,*  
*ἠθικῆς.*

Divisio hæc Ethicæ διχόλομος notæ probæ est. Quia 1. equalis suo divisio est: cum nihil in tota Ethicâ sit quod ad hujus partem alterutram, non possit referri, ita ut quicquid in Ethicis docetur vel ad finem ut summum bonum, vel media seu virtutes referendum sit. 2. Membra dividenda cum toto consentiant idq; mensurant inter se vero dissentiant. Neq; inter se confundantur cum utriusq; sua sunt propria præcepta. *Ευδαιμονολογία* de summo hominis bono civili agit. *Αρετολογία* de virtute agit  
*ἠθικῆς*

1. An Timperiana divisio Ethicæ in Aretologiam & Praxilogiam sit justa? Neg.

DE LOGICÆ GENIO & INGENIO  
Definitionis & Divisionis Logicæ

ΠΡΟΟΙΣΙΣ

AD rerum, certè non minimarum intellectionem, cum esset mentis nostræ directæ acies tam imbecilla, ut ad solem intruendum Nycticoracis oculus, conquerente & Græco & Italico Aristotele Ex. 1. s. 1. Inventa est Logica artificiosa, Philosophiæ veluti partus, ut Zab. l. 1. de N. L. c. 12. loquitur, quæ supellex esset cunctis apparatus scientiis, ad utendum pro suo cuiq; commodo, atq; facultate, dicente veritatis alumno Scal. Ex. 1. s. 3. Cuiuscæ tamen indagatio, licet non utilis ad machinas fabricandas, exiit tamen animum insitiæ rubigine, acuiq; ad alia, eodemq; splendore affuit, ut præluceat sibi ad nanciscendam primi opificis similitudinem, qui ut omnia plene ac perfecte est ac præter ac supra omnia, ita eos, qui etiam Logicarum scientiarum studiosi essent suos esse voluit, ipsorumq; intellectum rerum dominum constituit. Exerc. 307. s. 3. Quod si ita sit, ut certo certius est, dubio procul, sine Logico lumine, nostræ hæc instudijs literarum peregrinatio, miserabilis quædam erit erratio Ex. 359. s. 1. Ut illo extincto, Theologus Maræologus, Juris consultus, Ruris tumultus Medicus, mendicus, Philosophus, vilosophus, Doctor seductor, Pastor, impostor, præceptor, deceptor, Aula, caula, curia, incuria imo furia. Omne nostrum studium, vanum & vagum stadium, Universæ nostræ vitæ, omnino invita, merito sentiendæ & censendæ, erit. Nos æstu ulteriorum *ἠθικῆς* ad LOGICÆ, Λόγῳ supremo annuente, propriorem Naturam & Indolem

Indolem appropereimus, eam subsequenti suo ὀρισμῶ & μερισμῶ  
rite & apte involventes, debitum exsolventes.

ἑσις 1.

## Logica, disciplina rationalis est.

ἔχθσις

Logica ἀπὸ τῆς λόγου νοταίο. Λόγος duplex datur, ἐν δὲ ἀθέτῳ & κατὰ  
περὶ φασί. Aristoteli vocatur ὁ ἐν τῇ ψυχῇ καὶ ὁ ἔξω λόγος. 1. post  
c. 10 Ille Ratio, hic Oratio appellatur. & hac Grammatica & Rhetorica est. U-  
traq; tamen, & illa, praecipue, Logica est. Porro circumferuntur, varia  
Logicorum nomina, à Platone dicitur τέχνη λόγου quod rationem suis  
praeceptis instruat, Aristot. τὸς ἀποδείξεως. Ciceroni Ars differendi,  
hinc nata vox Dialectica qua dupliciter accipitur, strictè pro facultate  
disputandi ex probabilibus & aequipollet voci Topica, 2. Late quatenus  
διαλέγεσθαι idem quod Platoni τῷ λόγῳ χρῆσθαι incognitum ex co-  
gnitū aperire. Ceterum vox πολύσημη Logica est: sumitur n. pro i-  
facultate naturali, insita vel acquisita. 2. pro Logica artificiali idq;  
vicissim dupliciter c. 1. pro arte instrumentali omni 2. pro arte differendi  
tantum. In hac posteriori acceptione vicissim sumitur, vel pro systemate  
praceptorum Logico; juxta Ramisequaces, vel pro arte habituali juxta  
Peripateticos.

περὶ ἑσις

## An Logica & Dialectica differant? Aff.

ἑσις 2.

Logica est habitus Organicus, operationum mentis no-  
strae directivus: ad veritatem rerum, recte & ordine  
cognoscendam, proponendam, & tuendam.

ἔχθσις.

Constat definitio data, suo genere, Objecto & fine declarata. Genus Lo-  
gica proprium & proximum Habitus est, quia qualitas est, crebris ex-  
ercitationibus comparata. Habitus Organicus est, quo sequestratur ab in-  
tellectus habitibus principalibus, ad quorum nullum Logica referenda erit,  
quippe qua alteris gratia est, Arist. l. 1. de part. animal. c. 5. cujus officium &  
totae essentia in usu ad aliud positū est, vide Zab. l. 1. N. L. c. 10. 11. Differentia  
Logica, consistit in operationum mentis directione, ad veritatem cognoscen-  
dam, ubi materiae instar, & rei considerata, sunt, mentis operationes in  
Physicis consideratae. Forma & modus considerandi, ipsa dirigibilitas est, ad  
veritatem. Ex his Objectum & Finis Logicae colligere erit.

περί τῆς

1. An Logicæ genus sit scientia, an verò? Ars Neg. utrūq;
2. An finis Logicæ bene differere? Neg.

θεσις 3.

Subjectum Logicæ est omne Ens, quatenus nocematib.  
secundis Logicis informatur.

ἐκθεσις

De subjecto hîc queritur Operationis, circa quod leviter & breviter duo considerantur: Materiale & formale. Materiale, sunt res Universales, seu primi conceptus quatenus dubij, & ancipitis veritatis. Formale est ipsa restrictio ad sustentationem notionum secundarum qua imprimis Logicæ beneficio efformantur, & proinde non πράγματα & ipsa, sed λόγος πραγμάτων possidet Logica.

περί τῆς

An subjectum Logicæ sit omne Ens, & non Ens? Neg.

θεσις 4.

Logicæ partes duæ sunt: Communis & Propria.

ἐκθεσις

Expediã Logicæ definitione, Divisionem ejus capessimus; quam fundari asserimus in duplici illo modo procedendi in investigatione veri, qua universum corpus Logicum absolvitur: partesq; has videas maxime contra distinctas, quæ enim affectiones forma sunt, nō materie attribui possunt. Pars prior communis dicitur ideo, quod nulli certæ materie addicta, sed equaliter se habeat ad omnia sive contingentia, sive falsa, sive sophistica aliàs formalis dicitur, nempe quod simplex illa rerum forma, purè & in se, ab omni scil. materia abstracta & sejuncta ibi conspiciatur. Pars posterior, propria dicta ideo, quod in hac, generalis & abstracta illa differendi ratio, proprijs quibudam materie conditionibus astringatur. alias materialis dicitur, non quod, ipsa materia, vel Res quæ in discursum veniunt hic tractentur, sed quod omnis illa materia, ad certas quasdam conditiones revocata, quoad consensum & dissensum prædicati, & subjecti in propositionibus singulari, hic accuratè perpendatur.

περί τῆς

An divisio Logicæ Ramistica, in inventionem & judicium sit justa? Neg.

F I N I S.





Indolem appropriemus, eam subsequenti suo ordine  
viro & apte involventes, debitum exsolventes.

θεσις 1.

### Logica, disciplina rationalis

εκθεσις

Logica ἀπὸ τῆς λόγος notatio. Λόγος duplex datur  
πρὸς φρονητικὸν Aristoteli vocatur ὁ ἐν τῇ ψυχῇ καὶ ἡ  
c. 1. Ille Ratio, hic Oratio appellatur. & hac Grammatica  
era, tamen, & illa, precipue, Logica est. Porro circa  
Logicorum nomina, à Platone dicitur τέχνη λόγος  
præceptis instruat, Aristot. τέχνη ἀποδείξεως. Ceterum  
hinc nata vox Dialectica quæ dupliciter accipitur, scilicet  
disputandi ex probabilibus & æquipollet voci Topica  
διαλέγεσθαι idem quod Platoni τῷ λόγῳ χρῆσθαι  
gnitū aperire. Ceterum vox πολύσημη Logica est  
facultate naturali, insita vel acquisita. 2. pro Log  
vicissim dupliciter scilicet. 1. pro arte instrumentali omni  
tantum. In hac posteriori acceptione vicissim sumitur  
præceptorum Logice; juxta Ramis sequaces, vel pro  
Peripateticos.

πρὸς θεσις


### An Logica & Dialectica differant

θεσις 2.

Logica est habitus Organicus, operationum  
stræ directivus: ad veritatem rerum, r  
cognoscendam, proponendam, & tuendam.

εκθεσις.

Constat definitio data, suo genere, Objecto & fine de  
gica proprium & proximum Habitus est, quia qualiter  
ercitationibus comparata. Habitus Organicus est, qui  
tellectus habitibus principalibus, ad quorum nullum  
quippe quæ alteris gratia est, Arist. l. 1. de part. animal.  
totæ essentia in usu ad aliud positū est, vide Zab. l. 1. N. 1.  
Logica, consistit in operationum mentis directione, ad v  
dam, ubi materie instar, & rei considerata, sunt, m  
Physicis considerata. Forma & modus considerandi, ipsa  
veritatem. Ex his Objectum & Finis Logicæ collige



the scale towards document